



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt
Omnia**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.

De habitu muliebri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)

in arca Noe fuerint omnes generis animalia, munda septena & septena immunda vero duo & duo, exclusi vero fuerint Idololatra omnes, consequntur, ut quod in Arca non fuit, in Ecclesia non sit. Eam enim Ecclesia figuram gessisse tradit Auctor lib. de Baptismo, infra Tom. sequ. ubi de ea loquitur.

ARGVMENTVM LIBRI DE HABITV MVLIEBRI, Per Iacobum Pamelium.

CONSIDERATO excessu Habitus muliebri tam in cultu, quam in ornatu, librum hunc Pareneticum scripsit Tertullianus.

Primum autem docet, lugere potius, paniter, & omni satisfactionis habitu ignominiam primi Eua delicti expiare, debere mulierem, quam ornari, si ad mercedem respiciat, que expectatur in caelis.

Deinde angeli de ferribus, qui & metallorum opera nudauerunt, & incantationum vires prouulgauerunt, & omnem curiofitatem vsque ad stellarum interpretationem designauerunt, proprie & peculiariter adhiberi debere omne instrumentum muliebri gloriae, quibus tamen in laudato renunciauimus.

Quod quum ex libro Enoch comprobetur: eam scripturam, etiam in armarium Iudaicum non admittatur, forte quod non putaretur eam post catalysimum saluam esse potuisse, tamen a Noe illius absponte aqne potuisse in spiritu reformari, atque per istam omne instrumentum Iudaeicae litteraturae restauratum, maxime, quum etiam de Domino predicari, & apud Iudaeos Apollolium testimonium possideat.

Porro est illis non imputetur, verum tamen ipsarum cultum

(seu mundum muliebrem) qui in auro & argento, & gemmis, & vestib. consistit, ad ambitionem pertinere, ornatum vero (quem immundum muliebrem conuenit dici (qui in cura capilli & curis & carum partium corporis, qua oculos trahunt (de quo sequenti libro latius) ad prostitutionem.

Auri vero & argenti, ac ferri & aeri parem esse conditionem, & ex ista necessarios operas exhiberi rebus humanis.

Gemmas item non aliud esse quam aut lapillos & calculos, aut maris conchas, aut denique de fontibus draconum erui solitas, vt sic etiam de serpente cultior fiat mulier.

Hac omnia sola raritate & peregrinitate gratiam possidere, quod apud Barbaros, ubi vernaculum est aurum, & apud Parthos & Medos, gemmae fastidio sunt, apud Tyrios etiam vilior sit purpura quam rubrica.

Non placere quoque Deo coleres, quos non ipse produxit, atq; adeo intelligi a diabolico esse interpolatore naturae, neque excusari quod materia ipsa ex Deo sint, quum etiam rebus Dei Idololatriam constet.

Denique ad ambitionem pertinere hac omnia, que inde nomen habet, quod concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriae votum.

Ceterum genuinum esse hunc Tertulliani seram conuenit, quod libri de Speculaculis nominatim mentionem faciat. Imitatur autem illum ad verbum pene locis infra adnotatis BB. Cyprianus libri de Habitu, & discipuli Virg. ac de bono Pudicitiae, & Hieronymus in vita Pauli Eremitae, ac Epist. ad Latam. Meminerunt etiam Tribenius & Politianus locis initio Apologerici citatis. Edidit vero primum ex cod. MS. Hirsingensi & Paterniacensi, cum Scholijs, deinde & cum Adnotationibus Rhenanus, castigauit rursus ex Britanico Lalandi codice Gelenius. Nos denique iterum repurgauimus ex tribus Vaticanis MS. codicibus, & nostris quoque adnotationibus auxiliis.

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI DE HABITV MVLIEBRI LIBER.

Cap. I. S I tanta in terris moraretur fides, quata merces eius expectatur in caelis, nulla omnino vestrum, Sotiores dilectissima, ex quo Deum viuum cognouisset, & de sua, id est, foeminae conditione didicisset, laetorem habitum, ne dicam gloriosorem, appetisset, vt non magis in foribus ageret, & squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens Eam lugentem & poenitentem, quo plenius id quod de Eua trahit (ignominiam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanae) 4 omni satisfactionis habitu expiaret. 5 In doloribus & anxietatibus paries mulier, & ad viuum tuum conuersio tua, & ille dominabitur tui, & Eua te esse nescis? Viuit sententia Dei super sexum istum in hoc saeculo, viuat & reatus necesse est. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinae legis prima delectrix, tu es quae eum suauitatem quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem, tam facile elidisti. Propter tuum meritum, id est, mortem, etiam filius Dei morti habuit; & adornati tibi in mente est, 6 superpelliceas tuas tunicas? Age nunc si ab initio terram & 7 Milefii oues tonderent, & 8 Seres arbores nerent, & 9 Tyrii tinguerent, & 10 Phryges infuerent, & 11 Babyloni intexerent, & 12 Margaritae candere, & 13 Ceraunia coruscarent, si ipsum quoque Aurum iam de terra cum cupiditate prodidisset, si iam & 14 Speculo tantum mentiri liceret: hac Eua concupisset, de paradiso expulsa, iam mortua, opinor? Ergo nec nunc appetere debet, aut nosse, si cupit reuiuiscere, quae ne habuerat, nec nouerat, quando vivebat. Ideo omnia ista damnatae & mortuae mulieris impedimenta sunt, quali ad pompam funeris constituta. 16 Nam & illi qui ea constituerunt, damnati in poenam mortis deputantur, 17 scilicet angeli, qui ad filias hominum de caelo ruerunt, vt haec quoque ignominia foeminae accedat.

dat. Nam cum & materias quasdam bene occultas, & artes plerasque non bene reuelatas, saeculo multo magis impetito prodidissent (siquidem & 19 metallorum opera nudauerant, & 20 herbarum ingenia traduxerant, & 21 incantationum vires prouulgauerant, & omnem curiofitatem vsque ad stellarum interpretationem designauerant) proprie & quasi peculiariter foeminae instrumentum istud muliebri gloriae contulerunt lumina lapillorum, quibus monilia variantur, & circulos ex auro, quibus brachia artantur: & medicamenta ex fuce, quibus lanæ colorantur: & illum ipsum nigrum puluerem, quo oculorum exordia producuntur. Haec qualia sunt, interim iam ex Doctorum suorum qualitate & conditione pronunciaripotest, quod nihil ad integritatem peccatores, nihil ad castitatem adamatores, nihil ad timorem Dei deserrones spiritus aut monstrare potuerunt, aut praestare. Si doctrina dicenda sunt: mali magistri male docuerunt necesse est. Si mercedes pro libidine, nullius rei turpis, merces decora est. Quid autem tanti fuit ista monstrare siue conferre? vtumne mulieres sine materi splendoris, & sine ingenii decoris placere non possent hominibus, quae adhuc inculta, & incompolita, & (vt ita dixerim) crudae & rudes, angelos mouerant? Anne 24 fordidis, & pergratuitu vsu contumeliosi amatores viderentur: si nihil foeminis in conubium allectis contulissent? Sed haec non capit aestimare. Nihil plus desiderare poterant quae angelos possidebant, magno scilicet nupserant. Enimvero qui vtique interdum cogitabant vnde cecidissent, & post libidinum vaporata momenta caelum suspirabant, illud ipsum bonum foeminarum naturalis decoris, vt causam mali, si e remunerauerunt, necis profuisset felicitas sua, sed vt deuctae de simplicitate & sinceritate, vna cum ipsis in offensam Dei peruenirent. Certi erant 26 omnem & gloriam & ambitionem & affectionem per carnem placendi, Deo displicere. Hi sunt nempe angeli,

Tertulliani Opera.

Q. 2

E
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
G
Gen. 6.
H
I
Gal. 6.
1. Cor. 6.

STILL
ERA

A
2. Cor. 6.
Matth. 22.

CAP. III.

Inde r.
CAP. IV.

CAP. V.

D

geli, quos iudicaturi sumus: hi sunt angeli, quibus in laacro renunciamus. Hæc sunt utique, per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo faciunt apud iudices suos res eorum: Quod est commercium damnaturis cum damnandis? opinor quod 27 Christo & Beata. Quæ constantia tribunal illud ascendimus, decreturi aduersus eos quorum munera appetimus: Nam & vobis eadem tunc 28 substantia angelica repromissa, 29 idē sexus qui & viris, eandē iudicandi dignationē pollicetur. Nisi ergo hic iudicauerimus res eorum prædammando, quas in illis tunc damnaturi sumus, illi potius nos iudicabunt atque damnabunt. [30 Scio scripturā Enoch, 31 quæ hunc ordinē angelis dedit, non recipiā quibusdā, quia 32 nec in armariū Iudaicū admittitur. Opinor nō putauerunt illam ante cataclysmū æditā, post eum casum orbis omnium rerum abolitorem, saluā esse potuisse. Si ista ratio est, recordentur: pronepotē ipsius Enoch, fuisse superstitem cataclysmi Noe, qui utique domestico nomine & hereditaria traditione audierat, & meminerat de proauū sui penes Deū gratia, & de omnibus prædicatis eius: cū Enoch filio suo Matufale nihil aliud mandauerit quā vt notitiā eorum posteris suis traderet. Igitur siue dubio potuit Noe in prædicationis delegatione successisse, vel quia & alias nō tacuisset, tã de Dei conseruatoris sui dispositione, quã de ipsa domus suæ gloria. Hoc si non tã expedit haberet, illud quoque assertione scripturæ illius tueretur: proinde potuit abolitā eam violētia cataclysmi, in spiritu rursus reformare: quæadmodum & Hierosolymis Babylonia expugnatione deletis, 33 omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Esdram constat restauratum. 34 Sed cū Enoch eadem scripturā etiam de Domino prædicatit, à nobis quidem nihil omnino reiciendum est, quod pertinet ad nos. Et legimus omnē scripturam edificationi habile, diuinitus inspiratā. Iudæis postea iā videri propterea reiectam, sicut & cetera fere quæ Christum sonant. Nec vitæque mihi hoc, si scripturas aliquas nō receperunt de eo locutas, quem & ipsum coram loquentē non erant recepturi. Eo accedit quod Enoch apud Iudæos apostolum testimonium possidet. [35 Nulla nunc muliebri pōpe nota iniusta sit prædicationis de exitu auctōri. Nihil angelis illis inparetur præter repudiū cœli, & 36 matrimonium carnis. Rerum ipsarum qualitates examinemus, consilia quoque; concupiscentiæ earum deprehendamus. Habitus femine duplicem speciem circumfert, 37 cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundū muliebrem vocant. Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur: Ille in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. vt iā hinc prospicias. Dei ancilla, quid ex his disciplina tue conueniat, quæ de diuersis institutis censearis scilicet humilitatis & castitatis, [38 Aurū & Argentū principes materia: cultus secularis assint necesse est, vnde sunt: Terra scilicet plane gloriosior, quoniā in maledictorū 39 metallorū feralib. officinis 40 pœnale opere deplorata nomen terræ in igni reliquit, atque exinde de 41 tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominiosis in honores, 42 metalli refusa mutatur. Sed & ferri & æris, & alia iū vilissimā materia iū par cōditio est, & terreni generis, & metallici operis: quo nihilo generosior iudicari possit auri & argenti substantia pedes naturā. Quod si ne qualitate vsus, gloria est auro & argento: atquin magis ferro & æri: quorū ita disposita est vtilitas, vt & proprias operas plures & necessarios exhibeant, rebus humanis, & nihilominus auri & argenti de sua vice accommodant iustioribus causis. 43 Nam & annuli ferro sunt, quædam elui & potui vascula ex ære adhuc feruat memoria antiquitatis. Viderit itiam ad spurca instrumenta auri & argenti demens copia deleruit. Certe nec ager auri opere paratur, nec nauis argenti vigore contextitur. Nullus bidens aurum demergit in terrā, 44 nullus clausus argentū intimat tabulis. Taceo totius vitæ necessitates ferro & æri innixas: cum illæ ip-

se diuites materia, & de metallis refodiendæ, & in quocūque; vti producendæ, sine ferri & æris operario vigore nō possint. Iā igitur estimandū est, vnde obueniat tanta dignitas auro & argento, cum & conflaginens, quantū ad genus, & potioribus, quantū ad vtilitatem materiis, præferatur. [45 Sed & lapillos istos qui cū auro superbiā iungunt, quid aliud interpretet quā lapillos & calculos, eiusdē 46 terræ, minutalia: nec tamē iā fundamentis demandandis, aut parietibus molendis, aut fastigiis sustinendis, 47 aut tectis delandis necessaria: Solū hunc 48 mulierū stuporem edificare nouerunt: quia tarde teruntur vt niteant, & subdole substruunt vt floreat, & anxie forsantur vt pendeant, & auro lenociniū mutuū præstant. 49 Sed si quid de mari Britannico aut Indico ambitio piscatur, cōcha genū, nō dico cōchylio, aut ostreo; sed nec 50 pelotide Iræus de sapore. Ad hoc 51 enim conchas nouerim maris poma. Quo d si concha illa aliquid intrinsecus postulat, vitū eius magis debet esse quā gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliud tamē intelligendū quā conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca. 52 Auri & de frontibus draconū gemas erui, sicut in piscū cerebris lapiditas quædam est. Hoc quoque decet Christianæ, vt de serpente cultor fiat. Sic calcabit diaboli caput, dū de capite eius cruciatus suis aut ipsi capiti ornatū struunt. [53 Hæc omnia de raritate & peregrinitate sola, gratiam possident. Denique int. a terminos suos patrios non tantū habentur. Semper abundantia cōtūmētiōsa in semetipsa est. Apud Barbaros quosdam, quia 54 vernaculū est aurum & copiosum, 55 auro vinētios in ergastulis habent, & diuitis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando reuera inuentum est, quomodo & aurū non ametur. Gemmarū quoque; nobilitatem 56 vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum, ceterorūque gentiliū suorum, coram matronis erubescētē, nisi quæ nec ad ostensionem fere habentur. 57 Latet in singulis smaragdi, & 58 cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit, & in 59 peronibus vniones emergere de luto cupiunt. Denique iam gemmarum habent, quod gemmā esse non debet, si non comparet: aut ideo comparet, vt neglectū quoque ostendatur. [60 Proinde & vestium de coloribus honorem ferui etiam corum terunt. Sed & parietes 61 Tyris & hyacinthinis, & illis restis velis, quæ vos opere resoluta transfigurant, pro pictura abutuntur. Vilior est apud illos purpura, quā 62 rubrica. Quis enim est vestis honor iustus de 63 adulterio colorum iniustorum? Non placet Deo, quod non ipse produxit, nisi si nō potuit 64 purpureas & carinas oues nasci iubere. Si potuit, ergo iā noluit: quæ Deus noluit, utiq; non licet fingi. Non ergo natura optima sunt ista, quæ a Deo non sunt auctore naturæ. Sic diabolo esse intelligitur ab interpretatore naturæ. Alienus enim esse non possunt, si Dei nō sunt: quia emuli sint necesse est, quæ Dei non sunt, alius autem præter diabolū & angelos eius, æmulus Dei non est. Ceterum 65 materia ex Deo sunt, non statim & huiusmodi fructus laterem omnib. queritur, & vnde sint cōcha; & qua dispositione decurrant, & vbi collocentur. Nā & cōcha ista phanæ spectaculorū seculariū voluptates, 66 sicut de ipsiis sū volumē adidimus. Ipsa etiā Idololatriæ ex rebus Dei constat: non tamen ideo Circi furoribus, aut hærenæ atrocitatibus, aut scæne turpitudinibus, Christiani affici oportet: quia Deus & equum, & pantheram, & 67 vocē homini dedit: nec ideo Idololatriā impune faciet Christianus, quia Dei conditio est & thus, & merū & ignis qui velcitur, & animalia quæ vitima sunt, cum & ipsa materia que adoratur, Dei sit. Sic ergo & circa actum materiæ census à Deo descendens, propterea excusatus. Deo extraneum vt reum scilicet gloria secularum. [68 Nam vt quæque; rerum, per singulas qualitates & vnamquamque; regionem, materiis à Deo distributa sunt, inuicē sibi peregrina apud exteros, mutuo rara, apud vos, iure, si vitique vel appetuntur, vel negliguntur, quia non tantus est in illis feruor glorie inter domesticos frigida. Sed enim ex 69 possessionū distributione,

quam

quam Deus ut voluit ordinavit, raritas & peregrinitas apud extraneos semper gratiam inveniunt, de simplici causa non habendi quae Deus alibi collocavit, concupiscentiam concitabit habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderate habendi: quod & si forte habendum sit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, 70 vnde & nomen eius interpretandum, quod concupiscentia apud animam ambiente nascatur ad gloriæ votum: grande scilicet votum, quod (ut diximus) non natura, nec veritas, sed vitiosa animi passio concupiscentia commendavit, & alia vitia ambientis & gloriæ: sic & pretia rebus inflammavit, vt sic quoque accenderent, 71 Non tamen maior sit concupiscentia, quanto magno fecit quod concupit? Breuissimi loculi patrimonium grande profertur, 72 Vno lino decies sextertium inferitur. 74 Salus & insulas tendere currit fert. Graciles aurium cutes 75 Kalendarii expendunt, & 76 fingula per singulos digitos de facis singulis ludit. Hæc sunt vires ambitionis, tantarum vfarum substantiam vno & muliebris corporeculo batulare.

ANNOTATIONES I ACOBI PAMELII IN LIBRVM DE Habitu muliebris.

CAP. I.

- 1. Sitanta in tertis, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod lugere potius quam ornari mulier debeat. Maluimus autem legere in tertis quam illud Trithemij, quod intium huius libri citat: in terra.
- 2. vt non magis in foribus ageret] Describit (inquit Rhenanus) exemplum hominis exomologem facientis, & actum penitentia exequente de quo latius supra lib. de Penitent.
- 3. id quod de Eua trahit, &c.] Adnotandus locus, quod primam deitum, seu peccatum originale de Eua trahi dicit: quæ quidam vsque adeo ab Adam illud propagatum dicant, ut si Adam non peccasset, supposito derivatum non fuisset.
- 4. omni satisfactionis habitu.] De satisfactione supra late tractauimus lib. de Penit. c. 26.
- 5. In dolibus & anxietatibus paties, &c.] Quæ Rhenanus ex eo quod prius legebatur: paties, collegit legendum: dominatur; ego extoritur quum iuxta editiones omnes tam Hebraicas quam Græcas & Latinas conferre legimus cum ms. 3. Vnde cod. dominabitur, legitur etiam: paties maxime quum similiter legat B. Cyprianus, & lib. de Hab. virg. l. 1. c. 12. Perit autem illud: & erit ad virtum tuum conuersio tua, ex Græco ἡ ἀρετὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐστὶν ἡ ἀρετὴ τῆς ἡμετέρας προ quo B. Hieronymus aperit ex Hebræo: & sub viri potestate eris.
- 6. super pellicæ tuas tunicas.] Similiter B. Chrysostomus hom. 18 in Genesimatum vestium hæc scriptura impugnat.
- 7. Millefones onderent.] D. Hieronymus (inquit, Rhenanus) in marginibus Ezeci. cap. 27. ait: est, ex Mille: o lavas præcipuus solium Tyrum deseri, vt non sine causa loqueri interpretibus: & apud eum Prophetam vertere, & lanas de Milleo: quum tamen Miter vocabulum in Hebræo nunquam inueniatur. Nos etiam hæc de re aliquid diximus ad illud libro de Pallio: Nec de ouilibus dico Millefones, &c.
- 8. & Seces arbores aeternæ.] Apud Seras (teste eodem Rhenano) Scythiam gentem in arboribus lanæque reperitur, quam aqua perfusam deperit. Secas lanæ filiarum nomine vocat Plinius l. 6. c. 17.
- 9. & Tyri tingentur.] Idem Plinius (inquit Rhenanus) Phoenicem describens: Tyros (inquit) quondam insula, præalto mari septingentis passibus distans, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continetur. Olim portus clara vrbis gentis, Lepri, Vicia, & illa Romanæ Imperij amula, terrarum orbis axilla, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem condita. Nunc omnis eius Nobilitas conchylio atque purpura constat.
- 10. & Phryges inuenerunt.] Pizia (inquit idem) vestes acui facere Idæi Phryges inuenerunt, ideoque Phryg ones appellati sunt, ex eodem Plin. Eodem pertinet quod supra dixit Auctor libro de Idolis ca. 3. an Phrygio detexat: & an filo formetur.
- 11. & Babylonii intererent.] Colores (inquit Rhenanus) diuersos pictura in exere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit. Eiusdem Plinij verba sunt: Vnde Babylonicæ vestes & stragula dista. Ad explanationem vero facit illud B. Cypr. lego de bono Vnicuique vestibus autem interere, quasi pretio illi vestes corrumpere, quid inter fila flammis deicatis regida facit metallæ?
- 12. & margaritæ candent.] Et hoc (inquit Rhenanus) docente Plinio, margaritarum dos omnis, in candore, magnitudine, orbis, laetore, & pondere. Hinc placet magis hæc lectio, quam quod habet. Vnde cod. ms. margaritæ.
- 13. & Ceraunia corallæ tarent.] Fulgur (inquit Rhenanus) proprio coculcat, & fulmine nomen habet Ceraunia gemma. Signi-

dem fulmen Græci negvōi appellant. De hac gemma Plinius quoque lib. 37. capite 9. Est (inquit) inter candidas & quæ Ceraunia vocatur, fulgorem siderum rapiens; ipsa crystallina splendore carulei in Carmania nascens. Albam esse Zenobem fecerit, sed habere vitium stellam concursantem. Meminit & aliter cuiusdam Ceraunia, Parthorum Magis quæ sita, sed rara admodum, quoniam non alicubi inueniatur, quam in loco fulmine idæo. Flammæ Ceraunias tribuit Hieronymus, quum ad Demetriadem scribens: Vt taceam (inquit) de inaurium pretiis, candore margaritarum, rubri maris profunda testantium, Smaragdorū virore, Cerauniorum flammis, Hyacinthorum pelago. Ad quæ ardere & insaniunt studia maroniarum.

14. Siam & Speculo tantum mentiri liceret.] Huc alludit B. Cyprian. libro citato in hac verba: Quis postremo Speculum consulerit, nisi quia ne ipsa sit timeatur.

15. impedimenta.] Impedimentorum (inquit idem Rhenanus) nomine sarcinus accipimus. Ita rursum libro sequenti, Et reliqua compositionis vitæ impedimenta. Item libro ad Martyr. supra capite 2. Cetera aque animi impedimenta, & infra libro 1. ad Vxor. capite 5. filiorum impedimenta. Alludit autem hic ad pompam triumphalem, qua redūces Imperatores pop. Rom. rebus bene gestis urbem ingrediantur: varij ostentaculo palatis. Siue potius ad funebrem Triumphalium vtrorum pompam, in qua simulia deferbantur. Nam sequitur: quasi ad pompam funebris conficta.

CAP. II.

- 16. Nam & illi qui ea constituerunt, &c.] Titulum huius capiti dedimus: Quod angelis delectoribus debeat, quicquid ad instrumentum muliebris gloriæ pertinet.
- 17. illi scilicet angeli, qui ad filias hominum de celo uerunt] Pertinet hoc ad errorem Tertull. etiam Veteribus alijs, & ipsi B. Cypr. communem, de quo aliquid diximus ad lib. c. ius de Discept. & hab. virg. num. 54. & latius inter Auctorum errores in nostris Prolegomenis.
- 18. bene occultas.] Hoc est (Rhenano interprete) utiliter occultas, vt mox: non bene reuelatas, id est, quas expediat non esse reuelatas.
- 19. metallorum opera.] Intelligi (vti Rhenanus adnotauit) de fodinis auri & argenti. Id quod in sequenti libro alio verbis explicat. Qui (inquit) & materias eiusmodi illicebat detexerunt. Cyprianus in Demetriam: Minus argenti & aurijs iugerunt iam exhausta metalla & pauperes vena.
- 20. herbarum ingenia traduxerant.] Hoc est (inquit Rhenanus) herbarum vim atque naturam publicauerant. Eodem autem modo dicit lib. de Fuga in perfectione infra T. 1. non traditus autem traduci habebat: id est (vti idem ibidem) exponi omnium oculis seu publicari.
- 21. & incantationum vires prouulgauerant.] ms. 3. Variæ. cod. prouulgauerant. Perinde est, indicat Egius his verbis: Prouulgati leges dicuntur, quum primum in vulgus eduntur, quasi prouulgari. Atque de incantationibus infra, Tomo sequenti, lib. de Animæ.
- 22. vsque ad stellarum interpretationem.] Similiter dixit Auctor sub finem libri de Pallio: & qui stellarum coniectat. Verumque autem pertinere iudico non ad Astrologiam, quæ de cursu certo stellarum agit, sed ad Astrologiam, de qua latius supra lib. de Idolis. c. 9. & Adnot. ibidem nostris: Nisi qui malis istud referre ad stellarum nomina, de quibus Origene teste, homil. 8. in Nam. plurima in libello, qui appellatur Enoch, secreta continentur & arcana, de cuius scriptis latius sequenti capite.
- 23. nihil ad integritatem peccatores.] Quamuis in re pugnantibus ms. 3. Variæ, M legunt: peccatores, asserunt Rhenano lego: peccatores, ut oratio tribus membris constet, maxime quod libro sequenti legatur: per angelos peccatores demonstrata sunt. Legit interim cum 1. edit. in marg. ista monstrare siue conferre, pro: licet conferre.
- 24. An ne fordidi, & per gratium vsum contumeliosi.] Posterioribus verbis priora explicatur. Nam (vti adnotauit etiam Rhenanus) fordidos pro auarus accipit, & gratium vsum intelligit eum, qui caret premio.
- 25. Sed hæc non capit estimare.] Et hic (inquit Rhenanus) vt in alijs libris sapienton capit, pro eo quod Græci dicunt: ἡ ἀσφραγία, hoc est, non licet fieri non potest, vt res sic estimetur. Similes loci sunt supra Lib. de Spectacul. c. 4. interpretari capit. lib. de Prescript. adu. heret. Alia capit opinari. Item adu. Marc. l. 1. si deprecari capit. lib. 2. cap. pietiam imaginem spiritus dicere flatum. lib. 3. Id enim inrelligi vel non intelligi capit l. 4. separatio per coniunctionem capit de qua fit. & lib. 5. animale dici capit, & abique qua nec corpus aliud dici capit. Denique: Quod si non capitaliter omnia ista deputati.
- 26. omnem, &c. affectionem per carnem placendi.] Alludit haud dubie ad illud Galat. 6. Quicumque voluit placere in carne, &c. de quo latius lib. aduerf. Marc. 5. Legimus autem ex 3. ms. Variæ. cod. Quid ergo faciunt, proficiunt.
- 27. Chruito & Belia.] Peculiare est hoc Auctori tum hic, tum lib. de Cor. milit. infra cap. 10. Belia, pro eo quod Græci dicunt, & tum 2. Cor. 6. tum frequenter in veteri Testamento ex Hebræo interpret Latinius: Belial. Quod esse proprium diaboli etiam adnotuit Cyrillus

Tertulliani Opera.

Q3

Orat.

IGLL
ERA

A

Orat. de exitu Anime, & d. 70. interpretibus veritur Deuter. 13. dicitur quod iniquum se perversum aut noxium, uti. Reg. i. 2. 10. & 25. quod pestilentem sonat. B. vero Hieron. Iudic. 19. interpretatur filii Belial. sine iugo.

28. substantia angelica. Pertinet hoc ad alterum Auctoris errorem, quo corpus suum suavitatem angelicam tribuebat, & de quo etiam inter Prolegomena.

29. idem textus qui & vitiis. Hoc addit, quia legitur Matth. 22. Neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in caelis. de quo latius lib. de Resurrex. carn. Tom. sequens.

C A P. III.

B

30. Scio scripturam Enoch, &c. Huius capitis inscriptio seipsam prodit: De scriptura Enoch auctoritate. Porro praterquam quod Prophetiam Enoch citatur Auctor supra Apolog. ca. 22. & lib. de Idolol. cap. 4. & 15. ubi aliquid adiecit Adnot. nost. & infra quoque libro de Cultu feminarum, hic etiam auctoritatem eius vindicat quatuor potissimum rationibus. Primum contra eos, qui non putaverunt eam post cataclysmum saluam esse potuisse, quod propheta Enoch Noe potuerit eam, si non scripto, saltem hereditaria per Mahusalem filium eius traditione posteris sua predicatione delegasse, aut iam abolitam in spiritum rursus reformare, quemadmodum ab Eldra instrumentum libertatis Iudaeis restauratum est. Deinde quod omnia scripturae adificationi habili dimitte inscriptura crederetur, quae ratio etiam allegari potest contra eos, qui habent hanc scripturam apocrypham esse, uti sunt Tobie, Iudith, Sapientia, & Ecclesiastica, ac Machabaeorum libri. Item quod ad Iudaeis reuera sit, eo quod de Domino predicavit, quem admodum & antiqui & moderni haeretici scripturas multas reiecerunt, eo quod haeresi sua contrarentur: de quo latius libro aduersus Marcionem. Denique quod apud Iudaeos Apostolorum testimonium possideat. Neque mirum, quum etiam Irenaeus, Iustinus Martyr, Clemens Alexandrinus, & Athenagoras Tertullianus antiquiores tanti fecerint (dicitur Enoch Prophetiam, ut inde errorem suum hauserint) de quo in Prolegomenis nostris latius de angelis malis, qui ad iunxit corporibus ex filiabus hominum Gigantes susceperunt, immo & post eum Methodius Martyr, B. Cyprianus, Lactantius, Severus Sulpitius, Proclus denique & Pselus, Philosophi Christiani. Verum B. Hieron. usque adeo in contraria est sententia, ut lib. de Eccl. script. asserat, propterea Epistolam Iudaei quibusdam Ecclesiasticis Patribus fuisse reiectam, quod apocryphum librum Enoch dicit. De quo tamen Apostolum Iudaeis excusatis in Comment. epist. ad Titum, quod vti licet parte libri, etiam totum librum quis non approbet. Similiter Chrysostomus in Comment. ad Gen. c. 6. fabulas nuncupat Enoch libri dicitan sententiam, & apertius D. August. l. 15. de Civit. Dei ca. 23. & Hippolytus quidem nonnulla divina Enoch scripturam ab Adam negare non possunt, cum hoc in Epistola canonica Apostolus Iudaeis dicit, sed non sunt in canone scripturarum. Vnde illa quae sub nomine eius proferruntur, & continent fabulas illas de Gigantibus, quod non habuerint homines patres recte & prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda. Cuius similia ab eodem reperuntur, ne hic prolixiores simus, lib. 8. de Civit. Dei c. 38. Idem sensus videtur Epiphanius, ubi agit de haeresi Marcionis, qui quum Enoch mentionem fecisset, addidit: Sed nonnullam existabat lex scripta, verum naturalis tantum illa ex mente & traditione per successionem patrum ad filios; quod tamen ipsum accedit ad primam rationem supra scriptam Auctori.

C

31. quae hunc ordinem angelis, qui & materiae huiusmodi illecebras detexerunt, aurum dico & argentum illustrii, & opera eorum tradiderunt, etiam callibepharam velleumque tincturas inter cetera docuerunt, damnati a Deo sunt, ut Enoch refert. Reliqua nunc diximus ex Aug. & reliquis Veteribus, de quibus latius Sixtus Senensis, Bibliotheca sancti l. 2. de Hen. &c.

32. quia in armatum Iudaeum admittit. Canonem scripturarum Iudaeorum ita intelligit, qui B. Augustinus ipse, ubi supra, scribitur in templo Iudaeis populis, succedentium diligentia sacrorum. De cataclysmo vero pro diluio alibi aliquid diximus. Prociuum item Noe fuisse dictum Enoch patet quia Enoch genuit Mahusalem, ex illo Lamech, cuius filius Noe.

33. omne instrumentum Iudaeae litteraturae per Efilram constat restauratum. Similiter Irenaeus lib. 3. adu. haeres. 25. In ea (inquit) capitavitur populus quae facta est à Nabuchodonosor corruptis scripturis, & post 70. annos Iudaei descendentes in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum Regis, inspiravit Deus Eldra sacerdoti tribus Leui praeceptorum Prophetarum omnes rememorare sermones. & restituitur populo eam legem, quae data est per Moysen. Hinc etiam B. Hieron. lib. aduersus Heluidium, Eldram restauratorem Penatrenchi nuncupat: & alibi scribit, quod scripturas sacras iam dispersas eodem spiritu, quo ante scriptae erant, restituit. Hoc prope in illud B. Hieron. Etym. l. 6. c. 1. Hebraei (inquit) veteris Testamentum Eldra Auctore iuxta numerum literarum sacrarum in 22. libros accipiunt, dividentes eos in tres ordines, Legum scilicet, prophetarum, & Hagiographorum, &c.

D

34. Sed quum Enoch eadem scripturae eam de Domino predicavit. Verba ipsa praedicationis Enoch de Domino reperire est in Testamento duodecim Prophetarum, quod frequenter citatur ab Origine & Praxipio. In Testamento enim Ius Simeon: Vidi (inquit) in charactere scripturae Enoch, &c. quoniam Deus corpus assumens, & comedens cum hominibus, saluabit homines. Et nunc

filioi mei, obedite Leui, & in Iuda liberamini, & non effremini super duas tribus hae, quoniam ex ipsis orietur nobis salutare Dei. Suscitabit enim Dominus ex Leui principem sacerdotum, & ex Iuda Regem Deum & hominem ita saluabit omnes gentes. Haud absimiliter etiam Leui. Innocentius (inquit) ego sum ab omni impietate vestra & transgressione, quam feci in conformatione saeculorum, in saluatore mundi impie faciente, & suscitante in mala magna à Domino, & inique faciente cum Israel, ut non sufficit terram à facie malitiae vestrae, & in videtur vultum templi, &c. quemadmodum continet liber Enoch inscript.

C A P. IV.

E

35. Nulla nunc muliebri pompae nota inuista, &c. Inscriptioem huius capiti dedimus. De cultu & ornatu muliebri.

36. & matrimonium carnis. Etiam hoc ad supra scriptae 3. errorem pertinet.

37. cultum & ornatum, &c. Alludere videtur Auctor ad illud Varronis. Mundus muliebri dicitur à munditia, Ornatus, quasi ab ore natus. Hinc enim maxime sumitur, quod eam decet, inique ob id paratur saeculum; hoc est enim quod dicit: Ornatum in curacutus & capilli conflicere, quem alio eleganter, à contrario sensu, immundum muliebrem vocat.

C A P. V.

F

38. Aurum & argentum principis materie culus, &c. Inscriptioem huius capiti hoc titulus: De auri & argenti qualitatibus, in quibus imitatur ex parte Plin. Nat. Hist. l. 3. Prociuum.

39. metallorum ferulibus officinis. m. 3. ferulibus, sed illud placet. Nam (vixit adnotavit Rhenanus) metallorum operibus addicebantur amnati, in quibus saepe Christiani. De quibus 25. epist. l. 3. quem nunc est 7. Cyprianus Martyr: Non foretur (inquit) metallis lecto & culturo corpus. Hinc iam sentia laboribus vitera. Siqualem sine balneo membra sua & corde deservit. Panis illi excogit. Vixit argenti desit. Semitonii capiti capillus horreji, & reliqua. Proinde non frustra hic dicit ferulibus officinis. Apud Cyprianum: ferulibus cibis polli, vialarique.

40. peneali opere. Itra (inquit idem Rhenanus) B. Cyprianus horribiles carceris atque iunestas penealis loci tenebras dixit. Item Squalorem carceris ac receptaculi penealis horrorem. Et ad Donatum: Pergit penealibus cunulis perniciter adbere.

G

41. de tormentis in ornamenta. Eleganter (inquit idem) hic contigit contraria, quorum hoc primum membrum commendat Prociuum sensu. Hinc illud Ambrosii: Vos vero beata virgine, quae talia tormenta patitur quam ornata nescit.

42. metalli estuga. Nam (eodem adnotavit) huc nomen. Vocatur enim armilla aut torques. Est autem & hoc phragis iurconfulorum. Vlpianus enim. Ad damnum. D. De penis. Quique (inquit) refugit ex opere metalli in metallum damnatur. Hinc & Marcellus L. Milites D. De re militari: custodit refugit dicit. Illi autem: & nihilominus auri & argenti, iudandi, operas, idque illud, id est probatoribus causis.

H

43. Nam & annuli ferri sunt. Triumpharius vix adnotat Rhenanus Ioh. corona ex auro Hieronici insignebat, ut ergo, annulus tamen in digito terretur. Hi quoque qui ob legationem acciperant auctos, in publico tantum vrbabantur: intra domos vero, ferreus. Quo argumento etiam nunc sponda annulus ferreus mittitur, ique sine gemma. Ex Plinio. Nos aliquid etiam adiecit in cap. 6. Apolog. num. 79. Re. Te autem ex coniectura restituit Rhenanus: Nullus bideus, pro videns; nam correspondet m. cod. 3. Vatic.

44. nullus elauus argentum intinatum tabulis. Simili Metaphora dicit lib. de Resurrex. carn. Siquidem Epheficus scribens Apollolus, in auctorem hominem habitor Christianum, sensibus ut que intinatum Dominum significavit, ut intinatum accipitur, pro: inficere.

C A P. VI.

I

45. Sed & lapillos istos qui cum auro superbiam iungunt, &c. Tractat hoc caput: De gemmarum qualitatibus. De quibus latius Plinius Hist. Nat. toto libro 37. & ad instigatum lib. 9. c. 31. quem imitari etiam hic videtur.

46. tetræ minutalia. Minutalis (inquit Rhenanus) intelligit. Minutalibus regni dicit adu. Mar. l. 1. adiectiue. Vultus hodie minutalia vo. ar.

47. aut rectis den sandis. Loqui adnotavit Rhenanus Auctorem de rectis Africanis, & orientaliu regiorum, quibus apud nos per guls similes sunt, Germani Tarras vocant, quasi Terracium.

48. mulierum stuporem edificare. Stuporem accipit pro cultu, cuius aspectum stupet viri. Edificans vero verbo (inquit Rhenanus) per translationem vixi solent. Ita in Martyrii vixi rotobri edificando vacent.

49. Sed si quid de mari Britannico aut Indico ambitio piscicatu, conche genus est, &c. licet Margaritarum vocetur, &c. Pulcherrime de crebris originem marginati, quod nunc neutro genere dicit, quum 2. cap. Item nunc marginati dixerit. Non dubium autem, quum Plinium (vixi fore semper in ista imandi) iunxitur cum hac verba ad loci ampliorum intellectum ascribenda parati, ex lib. 9. Hist. cap. 35. Principium culmenque omnium versum pretis Margaritarum tenent.

J

Indicis

CAP. VIII.

Indicus maximo huius nutrit Oceanus. Origo atque generura conchas est hanc multum ab olearum conchis differens. Has ubi gemmas anni simulaverit hora, pendentes sese quadam officinatione implere vado conceptu tradunt, gravidis postea eniti, parturique concharum esse margaritas, pro qualitate vortu accepti, si purius insularit, candorem hinc supra dicitur. Auctor: margaritæ candorem confici: ferro rubidus, eandem pallore. Sani quidem parvus multumque consistant cute, no improbie callum quod vocatur ab Aulere data et rotunda veruca, Et dicitur concha aliquid intrinsecus pullulare, virente castrig ab ex hoc loco Rhen, pro postulare et existimari corpori possit, itaque purgantur Et à peritu. In Britania quoque parvos ac decolores vniuersos nempe, qui pro eodem habitant, vt cap. sequenti dicitur. nasci certum est, quoniam D. Tullius horacem, quem Veneri genitrici in templo eius dicitur, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi.

70. Peloride. Inter testacea seu concharum genera (inquit Rhenan.) Peloridem quoque Plinius receperit, Et alium evoluit scribit, l. 32. c. 9. ad hoc enim conchas nouerim maris poma.] Sensus est (inquit Rhenan.) Non ad salum, sed ad saporem Et esum nouerim conchas, veluti poma quadam maris, quibus assimilantur. In profundo maris enim inueniunt ab vrinatoribus colliguntur, veluti strata iacent passim sua queque sub arbore poma, quorum figuram repræsentant.

71. Aiani & de frontibus draconum gemmas crui, &c.] Draconites, iue Draconites vti adnotauit etiam Rhenanus Plinio teste l. 37. cap. 10. e cerebro fit Draconum, sed nisi vinctibus ab se ipso non ad gemmas, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, vt dormientibus animalibus caput amputent. Sotaces, qui vntiam cum gemmam apud gemmæ scriptis, bigas vbi quarenes tradit Et vntiam Dracones, pargere somnifica medicamentum, atque ita præcidere. Esse autem candore translucida, nec posse politis, aut artem admittere.

CAP. VII.

73. Hæc omnia de raritate & peregrinitate sola, &c.] In scriptio est huius capitis: Quod apud Barbaros hæc prædica sunt fastidiosa. Et autem plausibile illi, quod reperit l. sequi de Culex femin. Et imitatur Aularem B. Cyprian. de Hæb. vntiam, quum sub finem dicitur: Sint à compediis aureæ pedes liberi.

74. veroculum est aurum.] Tanquam illic natum (vt adnotat Rhenan.) Similiter Paula Et Eusebium in epistola ad Marcellam: Teuam mysterium nostrum istius provincie vrbisque vntiam eorum est.

75. aurum vntiam in ergastulis habent.] Sic l. sequi. Quamquam aurum ipsam curdam Genti ad vincula seuitere referunt Genti litteræ, atque adeo recte addit: diuitias malos onerant. quanto cuius que sceleratissimus tanto censetur ex aureis vinculis ditissimus. Apud Æthiopes autem hunc morum fuisse adnotauit Theodorus Cantuari, Paris. Let. l. c. 5. ex Plinio: ob in Erotico, Et Diono Coryphi. in Orat. ad p. 127.

76. vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum.] Re dicit adnotauit Rhenanus Parthos Romæ vitos ab Aulo, quum legatione fungerentur apud Severum Imperatorem. aut in eius triumpho de Parthis, Medis Et Adiabenis, qui quo anno eius imperij cæteris, latius in vita Aulicis.

77. Latenti in cingulis Smaragdis. De Smaragdis vide Plin. l. 37. c. 1. qui veriam ambitionem illis tribuit, Et Perlicos (quibus Parthi circumdabantur, vt sepe diximus) ralis non translucidos, sed incandentes, vt osium implere, quem non admittunt, felium pantherarumque oculis similes.

78. & cylindros.] De Cylindris ex Smaragdis confectis, ita iudicat Plinius: Indis (inquit) mare gaudent longius inde eorum, solo se gemmarum esse prædicator, qui casere auro multus, ob id perforatus Elephasorum seta religant. Et alius conuictis non oportere perforari, quorum sit abstulata hontica, vntiamque flatum ex auro capitis comprehendunt. Ideo Cylindros ex se facere malunt quam gemmas, quoniam non est summa commendatio in longitudine. Sicut autem Cylindri, tereti gemma Et oblonga iustar Cylindri, id est, columnæ lapideæ rotatiles, quilibet vntiam rui rustice cultores aquantis areis.

79. & in petronibus vniuersos.] Auctor est Sornius (inquit Rhenanus) petronem esse rusticum calcamentum, quo vocabulo vsus est Virgilius l. 6. Aeneidæ:

- Cuius regit altera pero.
Et iuuenalis:

Nil vetium fecisse valer, quem non pudet alto
Per glaciem peronem regi.

Et quidem hic proprie locutus est, de Barbaris faciens sermonem. Meminit Et peronum in lib. de Pallio, quum inquit: Magum incessum monumentum futuræ venere prosperere perones effeminautos: vbi vide Aduocat. nostram. 91. Scribit autem de re Plin. l. 9. c. 31. in hæc verba: Nulli duo reperitur indidcreti, vnde nomen vntiam Romane scilicet imponere delicia. Nam id apud Græcos non est, ne apud Barbaros quidem eius inueniores aliquid quam margaritæ. Et paulo post: Hoc Et pedibus, nec crepidarum tantum obstragatæ, sed vntiam ioculis addunt. Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcant, ac per vniuersos etiam ambulent. Iatis est. Legimus autem eum 2. ms. Paris. cod. Denique iam gemmatum, pro eo quod erat: denique tantum, maxime quod dicit. Et v. vntiam legant: tam

60. Proinde & vestium de coloribus honorem, &c.] Ipsa hæc verba titulum huius capitis indicant: De vestium coloribus aduolueris.

61. Tyriis & hyacinthinis, & illis regis velis.] Per Tyria vela, purpurea intelligit, quippe quum purpura illis maxime nota sit, vt patet ex Plinio, lib. 9. cap. 36. 37. 38. 39. 40. Et 41. vnde Et subiungit: vilior est apud illos purpura & c. Regia autem vela intelligit Rhen. Attalica aulæ, que tamen ipsa mulieres id temporis operofe, id est, flatim veloluta transfigurabant, id est, aliter retexebant. De his ita Plinius lib. 8. cap. 48. Aurum intexere in Asia inuenit Attalus Rex, vnde nomen Attalicas.

62. rubrica.] Milton significat (inquit Rhenan.) sine colore vntiam. De varijs autem rubricæ generibus vide Plinium lib. 35. c. 6.

63. de adulterio colorum inuolutorum.] Harrisius consuevit legendum: inuolutorum, sed placet: inuolutorum, eo quod addat: adulterio. Imitatur autem hunc locum S. Cyprian. l. de Eudic. in vntiam: Adulterium fidelis nec in coloribus nouerit.

64. purpureas & carinas oues, &c.] Hæc alludit idem B. Cyprianus lib. de Discipl. Et habet vntiam. Neque enim Deus coccinos aut purpureas oues facit. (aut herbarum succis, id est, vntiam seu carinas) Et conchyliis tingere Et colorare lana docuit. Vntiamque autem tamen imitatur est B. Hieronym. in vntiam B. Marcella. In hunc autem locum placere se committat Rhenan. Gortynis codicis vntiam: ainas, nec refert, vtrumque Græco vernaculo significat quod tunc pro viri diinterpretare Ambo vocabula conuenientia habes in illo leuissimum Epigrammate de Lucina, que cicalem corripuerat, quod legitur titulo in Aues. Epigrammatum Græcorum. l. 1.

65. materie ex Deo sunt, &c.] Etiam hunc locum bene explicat huius verbi Rhenan. Sensus est: Materie ex Deo sunt, sed tamen ista vsus materiarum nequaquam secundum diuinam voluntatem, quasi qui ille ideo lateat quantur, videlicet vnde sint conchas, hoc est, ex quo mari, Indico, aut Britannico, & qua dispositione decurrant, scilicet in nonnullis Et mareculis mulierum, & vbi collocentur.

66. sicut de ipsis suum volumem addidimus.] Hæc adhibere librum de Spectaculo intelligit, vbi de Pantheris aliquid adnotauimus, c. 2. n. 6.

67. & vocem homini dedit, &c.] Hanc locum ad verbum ferre imitatur, vbi supra, B. Cyprian. 43.

CAP. IX.

68. Nam vt quæque rerum, &c.] Postremum hoc caput in scriptum: Quod omnis iste ornatus ad ambitionem pertinet.

69. ex possessionum distributione, &c.] Adnotat dignus locus contra eos, qui possessiones omnes omnibus communis esse volunt, quippe quam distributionem eorum à Deo ordinatam adseruat. Sine autem mox legas: concupiscentiam concitat exco, iuse excitat cum MS. Vatic. cod. perinde est. ad posteriorem lectionem aludat magis vntiam cod. MS. legem: excutat.

70. vnde & nomen eius interpretandum, &c.] Elegans definitio ambitionis.

71. Non tanto maior, &c.] Non (inquit Rhenan.) pro: Annō, seu Nonne. Eodem modo dicit Exhort. ad castit. Non dicendum erit.

72. Breuissimis oculis, &c.] Intelligit (inquit Rhenan.) repositoria, in quibus monilia magnum patrimonium aquantia seruantur, aut ipsa monilia, que vice loculorum sunt.

73. Vno lino, &c.] Summa hæc (inquit idem) vices quinquies mille aureorum coronatorum. Hæc imitatur D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ dicit, Quod vno filo villarum insunt pretia. Atqui de Sectarijs vide nostras Ana. in B. Cyp. epist. 60. ad Episcopos Numidas n. 5.

74. Saltus & insulas, &c. Hoc est (inquit Rhenan.) saltuum Et insularum pretia. Sunt autem etiam insule domus, que non communibus parietibus coniunguntur cum vicinis, aut re Felto. Atqui in illo tenera cetui, empasis est in tenera, quem admodum est in eo, quod mox sequitur: Graciles aurium cutes. Similiter autem etiam B. Cyprian. lib. de Bonopudic. Mirum negotium, mulieres ad omnia delicta, ad vntiam sacrinas fortiores sunt vntiam.

75. Kalendatium expendant] Kalendatium hic (eodem adnotante) significat eius tabulas domesticas, que non singulos dies sed mensos singulos respiciunt. In his vsura perscripta erant ad Kalendas exigenda. Seneca epistola 88. Dinitem (inquit) illum putat, quia aurea supplex etiam in via eum sequitur, quia in omnibus prouiciu arat, quia magnus Kalendarii liber voluitur. Signanter autem dicit, expendant, hoc est, in extrema auri pellicula appendunt. De pretiosis in aurius loquitur. Exponit autem seipsum, quum inquit: Hæ sunt vires ambitionis, tantarum vntiarum substantiam vno & muliebri copulculo baiulare. Similiter autem dicit B. Cyprian. l. de Bonopudic, quorum pretia etiam sine aurius vntiam excidunt, vbi etiam aliquid adnotauimus n. 47.

76. & sinistra per singulos digitos de faccis singulis ludit.] Ita ex coniectura Latini, omittit voces: in superflua. Similiter B. Cyprian. l. de Bonopudic. Quid quum digiti tali auro onerati nec intrare possunt, nec egredi vntiam vsus expositor, an patrimoniorum (quis per saccos pecuniariorum intelligit hic Auctor) inanis pompa mō